

ἐχόντων, μόνην τὴν τῶν αὐθεώπων ἐποίησαν οἵσιν,  
ἄλλοτε ἀλλαχῇ ψαύγσαν τῷ στόματος, ἀρθρῷ τε  
τὴν Φωνὴν, καὶ σημαίνειν πάντας ἄλλήλοις ἢ βγλό-  
μεθα; Τὸ δὲ καὶ τὰς τῶν ἀφροδισίων ἥδους τοῖς  
μὲν ἄλλοις ζώοις δῆναι περιγράψαντας τῷ ἔτει  
χρόνου, ἡμῖν δὲ συνεχῶς μέχρι γήρως ταῦτα παρ-  
13 ἔχειν; Οὐ τοίνυν μόνον ἕρκεσε τῷ Θεῷ τῷ σώμα-  
τος ἐπιμεληθῆναι, ἀλλ’ (ὅπερ μέγιστον ἐστι) καὶ  
τὴν ψυχὴν κρατίστην τῷ αὐθεώπῳ ἐνέφυσε. τίνος  
γὰρ ἄλλῃ ζώῃ ψυχὴ πρῶτος μὲν θεῶν τῶν τοὺς μέ-  
γιστας καὶ καέλλιστα συντάξαντων ὑσπηταὶ ὅτι εἰσὶ;  
τι

pītaci et merulae et similes au-  
culae sermonem humanum aemul-  
lantes in communionem huius be-  
neficii adsumendae essent. Ratio-  
nis potius vsu sermo nititur, vt  
bene monuit iam olim Aristoteles!  
Ceterum in Perif. I est καὶ μὴν καὶ  
γλῶττα.

τὸ δὲ Stephanus malebat haec  
interrogative legi, et intelligi πό-  
σον ἐστι, vel simile quid. Leon-  
clav. coniicit τι δὲ, quod plane  
exhibit MS. 1. Est ἀνακολυθία  
orationis, cuius generis multa apud  
optimos auctores, sed in primis ap.  
Xenoph. frequentia exempla sunt,  
notante etiam Hemsterhusio ad  
Lucian. p. 66. Intellige e superiori-  
bus ἐκ οἰεὶ προνολας ἐγγονεῖς  
εἴναι. Ern. Mea quidem sententia est  
infinitius absolute positus, intel-  
lecto εἰς, s. περὶ, quod attinet, et  
ex proxime antecedentibus repeti  
debet ἐκ οἰεὶ Θεὸς αὐθεώπῳ Φρον-  
τίσειν; Sic infinitius nouies di-  
citur, infra IV, 3, 5 seqq. intel-  
lecto τι δοκεῖ σοι; aut simile quid.  
Cf. ad Cyrop. I, 6, 18. 26.

χρόνον] Iunt. χρόνος, vitiose.

ταῦτα] Pro ταῦτα, quod est  
in Aldina, Paris. et Steph., ex-  
stat neutrum in Iunt., Wels., et  
MSS. 2 et Vindob., quod Ernestus  
recte recepit in ed. ultima, ut ex-  
quisitus. Nam Attici, inquit, li-  
benter post feminina neutra ponunt,

ut a multis est notatum: et potest  
ad ἀφροδισία referri. Cf. Gregor-  
dial. Att. §. 39: et ad Cyrop. VII,  
§. 56. Z. Mira crisis! Sed ad  
rem. Venereae voluptatis usum  
hunc continuat etiam multis ani-  
malibus societas humana et vietus  
vberior. Quare caute hoc argu-  
mento utendum est!

§. 13. ἐτοίνυν] Non conco-  
quo hoc τοίνυν. neque enim hic  
aliquid e superiori colligitur; et  
variant libri. MS. 2 habet οὐτοίνος,  
sine sensu. Sensus requirit in hoc  
transitu a corpore ad animum:  
enim uero non modo corporis curam  
habuit Deus etc. Ern. At τοίνυν  
in transitionibus locum habere, et  
significare iam vero, dudum docuit  
Vigerus de Idiot. VIII, 9, 9.

ἐνέφυσε] MS. 2 ἐνέφυσαν, in quo  
intelligendum esset θεοί. Ern.

τίνος γὰρ ἄλλῃ] Idem argu-  
mentum de mentis humanae prae-  
stantia ex Deorum cognitione tra-  
ctat Cicero N. D. II, 61.

Θεῶν, τῶν etc.] MS. 2 habet  
θεὸν, τὸν — συντάξαντα — ἐστιν;  
quod et ipsum rectum foret; nam  
vtroque modo αἰσθάνεσθαι strui-  
tur. Tota orationis forma ele-  
gans est, pro ὑσπηταῖ, ὅτι οἱ θεοὶ  
εἰσιν. Caeterum idem MS. post  
habet τι δὲ Φῦλον ἄλλο ὡς ἀν-  
θρωποι, omillis θεὸς θεραπεύοντι.  
Sed in hac γῆσαι soleo haerere in  
verbis